



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Trismegistus Doctrinæ Christianæ Tertio Continuatus,
Seu Brevis Expositio Sciendorum De Ultima Voluntate
Hominis Christiani In Spiritualibus, Atque Temporalibus,
Methodo Morali-Theologica concinnata, ...**

Mayr, Cherubinus

Salisburgi, [ca. 1735]

Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42295



AD LECTOREM.

FDidi, cum per quinque ferè annos SS. Theologiam nostris Discipulis prælegerem Passavii, Libellum, cui Titulus, Trismegistus Doctrinæ Christianæ, in forma Thesium, in qua etiam semel, ac iterum eundem continuavi, breviter per Puncta examinandò, quæ circa obligationes Fidei, Spei, & Charitatis; item circa Præcepta Orationis, Adorationis, & Sanctificationis Festorum; nec non circa peccatum superstitionis Homini Christiano, persertim Theologo, scienda & observanda sunt; easdemque materias pro modulo meo per Casus practicos ad usum Confessariorum applicui, & elucidavi. Licet verò dicti Trismegisti continuationem ulteriorem alia ex causa interrupperim, placuit tamen hac occasione oblata eam reassumere, & supremam fortè manum apponere, discurrendo in brevitate Sermonis de última Voluntate Hominis Christiani in Spiritualibus, atque temporalibus, ut sic eundem, Fide, Spe, & Charitate, nec non Religionis clypeo præmunitum, & à Secularibus Curis expeditum, regiâ viâ ad Finem suum ultimum manuducerem. Quo in negotio, si minùs factæ Scriptionis executio, certè tamen simplex scribentis intentio, quam puto optimam, à te probabitur: & sufficit.

DI-